

in Raetia (cf. supra N. 1564); secunda Flavia a. 155 reperitur in Norico (dipl. a. 155, Eph. ep. 4 p. 505). — 3) Undecim cohortes, excepta sola tertia Bataavorum milliaria, redeunt omnes in constitutione anni 166 (Eph. ep. 2 p. 462). — 4) 30 Iun. (a. 107, cf. not. 1; iidem consules reperiuntur etiam VI 650. XIV 2242).

2003 imp. Caesar divi Nervae f. Nerva Tra[*i*]an. Aug. Germanic. Dacicus pontif. maximus, tribunic. potest. XI¹, imp. VI, cos. V, p. p., equitibus et [p]editibus, qui militaverunt in alis tribus et cohortibus decem, quae appellantur (1) I Nerviana Augusta felix ∞ et (2) II Thracum Augusta p. f. et (3) Parthorum², et (1) Augusta Nerviana velox et (2) I Corsorum c. [R.] et (3) I Pannoniorum et (4) I Nurritanorum et (5) I Flavia Musulamiorum et (6) I Flavia Hispanorum et (2) I Brittonum et (8) II Breucorum et (9) II Gallorum et (10) IIII Sugambrorum³, et sunt in Mauretania Caesariensi sub T. Caesernio Macedone⁴, quinis et vicenis pluribusve stipendiis emeritis dimissis honesta missione, item classicis, quorum nomina subscripta sunt: ipsis liberis posterisque eorum civitatem dedit et conubium cum uxoribus, quas tunc habuissent cum est civitas iis data, aut si qui caelibes essent, cum iis quas postea duxissent dumtaxat singuli singulas. A. d. VIII k. Dec. C. Iulio Longino, C. Valerio Paulino cos.⁵

coh. IIII Sugambrorum, cui praest Ti. Claudius Ti. f. Quir. Magnus, ex pedite: Lovessio Maximi f. Bracar.

Descriptum et recognitum ex tabula aenea quae fixa est Romae in muro post templum divi Aug. ad Minervam. Q. Aemili Soterici — C. Iuli Eutychi — Ti. Vetti Heraclidae — A. Larci Phronimi — C. Pompei Hylli — P. Anni Trophimi — C. Norbani Primi.

Diptychon aeneum, rep. Caesareae (Cherchel) Mauretaniae a. 1891 (descr. Waille, ad cuius apographum prodibit in actis academiae Parisiacaе). — 1) A. 107. — 2) Ala Nerviana praeterea ignota; ala Parthorum et ala secunda Thracum aliquoties reperiuntur in inscriptionibus Mauretaniae. — 3) Ex his cohortibus quinque, scilicet Nurritanorum et I Musulamiorum et I Flavia Hispanorum et II Breucorum et quarta Sugambrorum iam antea innotuerant ex inscriptionibus Africae; cohortes primam Pannoniorum, primam aliquam Brittonum (videntur autem tunc temporis fuisse duae cohortes primae Brittonum, Flavia et Ulpia, cf. eph. ep. 5 p. 178), secundam aliquam Gallorum (cf. eph. ep. 5 p. 172), aliquando fuisse in Africa novum est; primae Corsorum civium Romanorum mentio extat IX 2835; prima Augusta Nerviana velox videtur redire in constitutione quadam Antonini Pii (III p. 886, dipl. XLV). — 4) Homo notus etiam ex titulo Sirmiensi III S. 10224 nuper reperto; fortasse pater Caeserniorum supra N. 1068. 1069. — 5) 24 Nov. (a. 107, cf. not. 1; consules successi praeterea ignoti).

2004 imp. Caesar divi Nervae f. Nerva Traianus Aug. Germ. Dacicus pontif. maximus, tribunic. potestat. XIII¹, imp. VI, cos. V, p. p., equitibus et peditibus, qui militaverunt in alis duabus et cohortibus decem, quae appellantur (1) I civium Romanorum et (2) I Aug. Ituraeorum, et (1) I Aug. Ituraeorum sagittar. et (2) I Britannica ∞ c. R. et (3) I Hispanor. p.